AUGUSTINUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh.
Seite 237
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Quod dicē marcus deinde intrans abeas dum inspicere locum
in quo iacebat corpus dni. Uisus eius duos angelos stantes
sicut dicit lucas similia locutus ad earum exhortandum
animum & aedificandam fidem. Sed uideamus. & illa
quae iohannis dicit. Utrum uel quem admodum his congru
ant. sic ergo narrat iohannis. Una autē sabbati maria
magdalene. uenit mane cum adhuc tenebrae essent admo
numentum. & uidit lapidem sublatū a monumentum.
Cucurrit ergo & uenit ad simonē petrum. & ad alium
discipulum. quem amabat ihs. & dicit eis. Tulerūt dnm de mo
numento. & nescimus ubi posuerūt eum. Exiit ergo petrus
& ille alius discipulus. & uenerūt ad monumentū. Currē
bant autē duo simul. & ille alius discipulus. praecucurrit citius
petro. & uenit primus ad monumentū. Et cum se inclinasset.
Uidit posita linteamina. Tamen non intrauit. Uenit ergo simon
petrus sequens eū. & intrauit in monumentū. & uidit lin
teamina posita & sudariū quod fuerat super caput eius.
Non cū linteaminib: positū sed separatim in uolutū in unū locū.
Tunc ergo intrauit. & ille discipulus qui uenerat primus
ad monumentū. & uidit & credidit. Nondum enim sciē
bant scripturam. quia oportet eum a mortuis resurgere.
Abierūt ergo iterū ad se ipsos discipuli. Maria autem
stabat ad monumentū foris plorans. Dum ergo fleret & inclina
uisset se & prospexit in monumentū. & uidit duos angelos
in albis sedentes. unum ad caput & unū ad pedes. Ubi positū
fuerat corpus ihū. Dicunt illi. mulier. quid ploras. dicit eis.
Quia tulerūt dnm meum. & nescio ubi posuerūt eum. Haec
cum dixisset conuersa retrorsum. & uidit ihm stantem.
& non sciebat. quia ihs est. Dicit eis. Mulier quid ploras.
quem quaeris. illa existimans. quia ortulanus est. ait.
Dicit ei. dne si tu sustulisti illum dic mihi ubi posuisti eum.
& ego eum tollam. Dicit eis. Maria conuersa illa dicit ei.